



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Flavii Vopisci Syracvsii Probus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

quæ creato Tacito principe gaudia senatus ostenderent, his additis finem scri-
 bendi faciam. Epistolæ publicæ. Senatus amplissimus curiæ Carthaginensi
 s. D. Quod bonū, faustum, felix, salutarēq; sit Reip. orbicq; Ro. dandi ius im-
 perij, appellandi principis, nuncupandi Augusti ad nos reuertit. Ad nos igitur
 referte, quæ magna sunt. Omnis prouocatio præfecti urbis erit: quæ tamē à pro-
 cōsulib⁹, & ab ordinarijs iudicib⁹ emerferit: in quo quidē etiā uestrā in antiquū
 statū redisse credim⁹ dignitatē: siquidē primus hic ordo est, qui recipiendo uim
 suam, ius suū cæteris seruat. Alia epistola. Senatus amplissim⁹ curiæ Treuiro-
 rum. Ut estis liberi, & semper fuistis, lætari uos credim⁹: creandi principis iudi-
 cium ad senatū redijt: simul etiā præfecturæ urbanæ appellatio uniuersa decre-
 ta est. Eodē modo scriptū est Antiochiensib⁹, Aquileiensib⁹, Mediolanēsis, Alexandrinis, Thessalonicensibus, Corinthijs, & Atheniensib⁹. Priuatæ autē epi-
 stolæ hæc fuerūt. Autronio Iusto patri Autronius Tiberian⁹ salutē. Nunc
 te pater sancte interesse decuit senatū amplissimo, nunc sententiā dicere: cū tan-
 tum autoritatis amplissimo ordini creuerit, ut reuertat in antiquū statū resp. &
 nos principes demus, nos faciamus imperatores, nos deniq; nuncupemus Au-
 gustos. Fac igitur ut cōualescas curiæ inter futurus antiquæ. Nos recepimus ius
 proconsulare, redierunt ad præfectum urbis appellationes omniū potestati, &
 omniū dignitatū. Item alia. Claudius Capilian⁹ Cereio Metiano patruo s.
 Obtinuim⁹ pater sancte, quod semper optauim⁹, in antiquū statū senatus re-
 uertit. Nos principes facimus, nostri ordinis sunt potestates. Gratias exercitū
 Romano & uere Romano: reddidit nobis, quam semper habuimus potesta-
 tem. Abige Baianos, Puteolanosq; secessus. Da te urbi, da te curiæ. Floret Ro-
 ma, floret tota Resp. Imperatores damus, principes facimus: possum⁹ & prohi-
 bere, qui cœpimus facere. Dictū sapiētī sat est. Longū est omēs epistolas cōne-
 ctete, quas reperi, quas legi. Tantū illud dico senatores omēs ea esse lætitiā ela-
 tos, ut domib⁹ suis omēs albas hostias cæderēt, imagines frequēter aperirēt, al-
 bati federēt, cōuiuia sumptuosiora præuenirēt, antiquitatē sibi redditā crederēt.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROBUS



ERTVM est, qd' Sallustius Crispus, quodq; M. Ca-
 to, & Gellius historicæ sententiæ modo in literas retu-
 lerunt: omnes omniū uirtutes tantas esse, quantas
 uideri eas uoluerint eorū ingenia, qui uniuscuiusq;
 facta descriperint. Inde esse, qd' Alexāder Magnus
 Macedo, cū ad Achillis sepulchrū uenisset, grauitè
 ingemiscēs, Felicē te inquit iuuenis, qui talē præconē
 tuarū uirtutū reperisti. Homerū intelligi uolens, qui
 Achillem tantū in uirtutū studio finxit, quantū ipse
 ualebat ingenio. Quorsum hæc pertineant mi Celse, ne fortassis requiras: Pro-
 bum principē, cuius imperio oriens, occidēs, meridies, septentrio, omēsq; orbis
 partes in totam securitatē redactæ sunt, scriptorum inopia iam penè nescimus.

N 3 Occidit

Occidit pro pudor tãti uiri & talis historia, qualẽ nõ habet bella Punica, nõ ter-
ror Gallicus, nõ motus Põnici, nõ Hispaniẽsis astutia. Sed nõ patiar ego ille, à q̃
dudũ solus Aurelian⁹ est expetit⁹: cui⁹ uita quantũ potui persecut⁹ Tacito, Flo-
rian⁹ q̃ iã scriptis, nõ me ad Probi facta descendere: si uita suppetet, oēs q̃ super
sunt usq; ad Maximianũ, Diodetianũq; dicturus. Neq; ego nũc facultatẽ, elo-
quentiãq; polliceor: sed res gestas, q̃s perire nõ patior. Vfus autẽ sum, ne in aliq̃
fallam charissimã mihi familiaritatẽ tuã, p̃cipue libris ex bibliotheca Vlpia æta

Registra,

te mea thermis Diodetianis, itẽ ex domo Tiberiana: usus etiã ex registris scriba-
rum porticus porphyreticã, actis etiã senat⁹, ac populi. Et qm̃ me ad colligẽda
talis uiri gesta Ephemeras Turduli Gallicani plurimũ iuuit uiri honestissimi, ac
syncerissimi, beneficiũ amici senis tacere nõ debui. Cn. Pompeiũ trib⁹ fulgentẽ

Ar: Parthici

triũphis, belli Piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarũq; rerũ gesta-
rum maiestate sublimẽ q̃s tandẽ nosset, nisi eum M. Tulli⁹, & T. Livi⁹ in literas

Laetios, opi/
nor.

retulissent: Paulũ Scipionẽ Africanũ, imo Scipiones oēs, seu Lucios, seu Nas-
cas nõne tenebrã possiderẽt, ac tegerẽt, nisi cõmẽdatores eorũ historici nobiles
atq; ignobiles extitissent: Longũ est oia p̃sequi, q̃ ad exẽplũ huiusmodi etiã
nobis tacẽtib⁹ usurpanda sunt. Illud tantũ cõtestatũ uolo, me & rem scripsisse:
quã si q̃s uoluerit, honestius eloquio celsiore demõstret: & mihi quidẽ id animi
fuit nõ ut Sallustios, Livi⁹, Tacitos, Trogos, atq; oēs disertissimos imitarer ui-
ros in uita principũ, & t̃pib⁹ differẽdis: sed Mariũ Maximũ, Sueto. Tranquillũ,
Fabiũ Marcellinũ, Gargiliũ Martialẽ, Iuliũ Capitolinũ, Aeliũ Lampridiũ, cæ-
terosq; qui hæc, & talia nõ tã diserte, q̃s uere memoriã tradiderũt. Sum em̃ un⁹
ex curiosis, q̃ infinita scire nõ possum, incẽdentib⁹ uobis: q̃ cũ multa sciatis, scire
multo plura cupiat, & ne diuti⁹ ea quã ad meũ cõsiliũ pertinet, loquar: magnũ
& præclarũ principẽ, & qualẽ historia nostra nõ nouit, arripiam. Probus oriun-
dus è Pannonia ciuitate Syrmiesi, nobiliore matre q̃ patre, patrimonio mode-
rato, affinitate nõ magna, tam priuatus, q̃ imperator nobilissimis uirtutib⁹ da-
ruit. Probo, ut quidã in literas retulerũt, pater nomine Maximus fuit: qui, cũ or-
dines honestissime duxisset, tribunatũ adeptus apud Aegyptũ uita functus est
uxore, ac filio, & filia derelictis. Multi dicũt Probum Claudij propinquũ fuisse
optimi, & sanctissimi principis: qd̃ quia p̃ unũ tantũ Græcorũ relatũ est, nos in
medio relinquemus. Vnum tamẽ dico, qd̃ in Ephemeride legisse me memini, à
Claudia sorore Probũ sepultũ. Adolescẽs Probus corporis morib⁹ tã clarus est
factus, ut Valeriani iudicio tribunatũ propẽ imberbis acciperet. Extat epistola
Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc adolescentẽ, & imitationi
omniũ proponit. Ex q̃ apparet neminẽ unq; peruenisse ad uirtutũ summã iam
maturũ, nisi qui puer seminario uirtutũ generosiore cõcretus aliquid inclytum
designasset. Epistola Valeriani. Valerian⁹ pater Gallieno filio Augustus Au-
gusto. Et meũ secutus iudiciũ, qd̃ semp de Probo adolescẽte primo habui, &
omniũ bonorũ, qui eundẽ sui nominis uirũ dicunt: tribunatũ in eum cõtuli da-
tis sex cohortib⁹ Saracenis: creditis etiã auxiliari⁹ Gallis cũ ea Perfarũ manu,
quã nobis Artabassis Syrus mancipauit. Te quãso fili charissime, ut eum iuue-
nem, quẽ imitari pueris omĩbus uolo, in tanto habeas honore, quantũ uirtutes
eius, &

ei⁹, & merita p debito mētis splēdore desyderāt. Alia epistola de eodē ad præf.
 præf. cū salario. Valerian⁹ Augustus Muluio Gallicano præf. præf. Miraris
 fortassis, q; ego imberbē tribunū fecerim cōtra cōstitutū diui Adriani. Sed non
 multū miraberis, si Probū cogitas adolefcētē uere probū: nuncq; em aliud mihi
 cū eum cogito, nomē occurrit. Qd' nisi nomē haberet, potuit habere cognomē.
 Huic igif dari iubebis, quoniā mediocris fortunæ est, ut ei⁹ dignitas incremētis
 iuuetur, tunicas rufulas duas, pallia gallica duo fibulata, interulas paragaudias
 duas, patinā argēteam librarū decē specillatā, aureos antonianos centū, argen-
 teos aurelianos mille, æreos philippeos decē millia. Itē in salario diurno bubulæ
 pondo, porcina pōdo sex, caprina pōdo decē, gallinacē p biduū, olei p biduū
 sextariū unū, uini ueteris diurnos sextarios decē, cū larido bubalino: salis, olerū,
 lignorū, quantū satis est. Hospitia præterea eidē, ut tribunis legionū præberi iu-
 bebis. Et hæc quidē epistolæ declarant. Nunc quantū ex Ephemeride colligi po-
 tuit, cū bello Sarmatico iam tribun⁹ trāsmisso Danubio multa fortiter fecisset,
 publice in cōcione donatus est hastis puris quatuor, coronis uallarib⁹ duab⁹, co-
 rona ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duab⁹, torque aureo uno,
 patera sacrificiali quinq; libræ uni⁹. Quo quidē tpe Valeriū Flaccū adolefcētē
 nobile parentē Valeriani, è Quadorū liberauit manu: unde illi Valerian⁹ coro-
 nam ciuicā detulit. Verba Valeriani p cōcione habita. Suscipe Probe præmia
 p rep. suscipe coronā ciuicā p parēte: q; quidē tēpore legionē tertiā eidē addidit
 sub testimonio eiusmodi. Epistola de legione tertiā. Res gestæ tuæ Probe cha-
 rissime faciunt, ut & serius tibi tradere maiores exercitus uidear, & cito tamē tra-
 dam: recipe in fidē tuam legionē tertiā felicē, quā ego adhuc nulli, nisi prouecto
 iam credidi: mihi autē eo tempore credita est, quo & me canosum, qui credebat,
 cū gratulatione uidit. Sed ego in te nō expecto ætatē, cū & uirtutib⁹ fulgeas, &
 moribus polleas. Vestes tibi triplices dari iussi, salariū duplex feci, uexillarium
 deputaui. Longū est, si per res gestas tanti percurrā uiri, quæ ille sub Valeria-
 no, quæ sub Gallieno, quæ sub Aureliano, & Claudio priuatus fecerit: quoties
 murū cōscenderit, uallū diripuerit, hostem cōminis interemerit, dona principū
 emeruerit, temp. in antiquū statū sua uirtute reddiderit: docet Gallieni epistola
 ad tribunos data, qui fuerit Probus. Gallien⁹ Augustus tribunis exercituū Il-
 lycianorū. Etiā si patrē meū fatalis belli Persici necessitas tenuit: habeo tamē
 parentē Aureliū Probū, quo laborāte possim esse securus: qui si affuisset, nuncq;
 ille ne nominandus quidē tyrannus sibi usurpasset imperiū. Quare omnes uos
 cōsilijs eius cupio parēre: qui & patris iudicio probatus est, & senatus. Nō ma-
 gnum fortassis iudiciū Gallieni esse uideat⁹ principis mollioris: sed qd' negari
 nō pōt, ne dissolutus quidē quispiā se, nisi in ei⁹ fidē tradit, cui⁹ sibi uirtutes exi-
 stimat, pfuturas. Sed esto Gallieni epistola sequestret. Quid Aureliani iudiciū:
 qui Probo decimanos fortissimos exercitus sui, & cū quib⁹ ipse ingētia gesserat,
 tradidit sub huiusmodi testimonio. Aurelian⁹ Augustus Probo s. d. Vt scias,
 quātū te faciam, decimanos meos sume, q; Claudius mihi credidit. Isti em sunt,
 qui quadā felicitatis prærogatiua præsules nisi futuros principes habere nō no-
 tunt. Ex q; intellectū est Aurelianū in animo hic habuisse: ut si quid sibi scienti,
 N + prudenti⁹

prudentiâ eueniret, Probû principē faceret. Iam Claudij, iam Taciti iudicia de
 Probo longū est innectere: quibus ferat in senatu Tacit⁹ dixisse, cū eidē offerret
 imperiū, debere Probū principē fieri. Sed ego s. c. ipsum inueni. Ipse autē Ta-
 citus impator primā talē ad Probū epistolā dedit. Tacit⁹ Augustus Probo, «
 Me quidē senatus principē fecit de prudētis exercit⁹ uolūtate. Attamē sciendū «
 tibi est, tuis nūc humeris magis incubuisse temp. qui & quātus sis, oēs nouim⁹, «
 scit senat⁹. Adesto igitur nostris necessitatib⁹: tuæ familiæ assere, ut soles, temp. «
 Nos tibi decreto toti⁹ oriētis ducatu, salariū quincuplex fecim⁹, ornāmēta mili- «
 taria geminauim⁹. Cōsulatū in annū pximū nobiscū decreuim⁹, te em̄ manet «
 p uirtutib⁹ tuis capitolina palmata. Ferunt quidā Probo id p imperij omine
 fuisse, quod Tacit⁹ scripsit: Te manet capitolina palmata. Sed in hanc sententiā
 om̄ib⁹ semp̄ COSS. scribebat. Amor militū erga Probū ingēs semp̄ fuit. Neq⁹
 em̄ unq⁹ ille passus est peccare militē. Ille quinetiā Aurelianū sape à graui cru-
 delitate deduxit. Ille singulos manipulos adiit, uestes & calciāmēta perspexit: si
 quid prædæ fuit, ita diuisit, ut sibi nihil præter tela, & arma seruaret. Quinetiā
 cū de prædato hic ex Alanis, siue ex aliq̄ alia gēte incertū est, reper⁹ esset equus
 nō decor⁹, neq⁹ ingēs: qui q̄ntū captiui loquebant, centū ad diē miliaria currere
 diceret: ita ut p dies octo, uel decē cōtinuaret: & oēs crederēt, Probū tale animal
 sibi met seruaturū. Iam primū dixit: fugit uo militi poti⁹ q̄ forti hic equus cōue-
 nit. Deinde in urnā militares iussit nomē suū mittere, ut aliquis eū forte ductus
 acciperet. Et cū essent in exercitu quidā nomine Probi alij quatuor milites, casu
 euenit, ut primū emergeret cui Probo nomē existeret, cū ipsius Probi ducis no-
 men missum nō esset. Sed cū quatuor illi milites inter se cōtenderēt, ac fortē sibi
 quisq⁹ defenderet, iussit iterū agitari urnā: sed & iterū Probi nomē emerit: cūq⁹
 tertio & quarto fecisset, quarto Probi nomē effusum est. Tunc omnis exercitus
 equū illū Probo duci dicauit: ipsis etiā militib⁹, q̄rū noia exierant, id uolentib⁹.
 Pugnauit & cōtra Marmaridas in Africa fortissime: eos deniq⁹ uicit, atq⁹ ex Li-
 bya Carthaginē trāsiit, eandēq⁹ à rebellionib⁹ uindicauit. Pugnauit & singulari
 certamine cōtra quēdā Aradionē in Africa, eū dēq⁹ pstrauit: & quia fortissimū,
 ac pertinacissimū uirū uiderat, sepulchro ingenti honorauit: qd̄ adhuc extat tu-
 mulo usq⁹ ad ducētos pedes terræ lato p milites, q̄s ociosos esse nuncq⁹ est pas-
 sus. Extāt apud Aegyptū ei⁹ opa, quæ p milites struxit in plurimis ciuitatib⁹. In
 Nilo autē tā multa fecit, ut uectigal frumētariū solus adiuuerit: pōtes, tēpla, por-
 ticus, basilicas labore militum struxit: ora fluminū multa patefecit, paludes ple-
 rasq⁹ siccauit: atq⁹ in his segetes, agrosq⁹ cōstituit. Pugnauit etiā cōtra Palmyre-
 nos, p Odenatū, & Cleopatraz partib⁹ Aegyptū defendētes, primo feliciter, po-
 stea temere, ut penē caperet: sed postea resectis uirib⁹ Aegyptū, & oriētis maxi-
 mam partē in Aureliani ptātē redegit. Cū igit̄ his tot & tātis uirtutib⁹ eniteret,
 Tacito absumpto fataliter, ac Florianō imperiū arripiente, oēs oriētales exercit⁹
 eūdē imperatorē fecerūt. Nō inepta neq⁹ inelegās fabula est, scire quēadmodū
 imperiū Prob⁹ sumpserit. Cū ad exercit⁹ nuncius uenisset, tū primū anim⁹ mili-
 tib⁹ fuit puenire Italicos exercit⁹, ne iterū senat⁹ principē daret, sed cū inter milites
 sermo eēt, q̄s fieri deberet, & manipulatim in cāpo tribuni eos alloq̄rent, dicētes
 requirendum

requirēdum esse principē aliquē fortē, sanctum, uerecundū, clementē, probum. Idēq; per multos circulos, ut fieri assolet, diceretur: quasi diuino nutu undiq; ab omnib; acclamatū est: Probe Auguste dñj te seruent. deinde cōcurfus, & cespiti-
 cium tribunal, appellatusq; Imperator, ornatus etiā pallio purpureo, quod de statua templi oblatū est: atq; inde ad palatiū reductus inuitus, & retrectans, & sæpe dicens: Non em̄ uobis expedit milites, nō mecū bene agitis. Ego em̄ uobis blandiri nō possum. Prima eius epistola data ad Capitonē præf. præf. talis fuit:
 » Imperiū nuncq; optauī, & inuitus accepi. Deponere mihi rem inuidiosissimā
 » nō licet. Agenda est persona, quam mihi miles imposuit. Te quæso Capito, ita
 » mecum salua Rep. perfruaris: annonam, & cōmeatus, & quicquid necessariū est
 » ubiq; militi pares: ego, quantū in me est, si recte omnia gubernaueris, præfectū
 » alterum non habebō. Itaq; milites cognito quod imperaret Probus, Floria-
 » num, qui quasi hæreditariū imperium arripuerat, interemerūt: scientes neminē
 » dignius imperare q̄ Probū. Ita ei sine ulla molestia totius orbis imperiū & mi-
 » litum, & senatus iudicio delatū est. Et quoniā mentionē senatus fecimus, scien-
 » dum est, quid ipse ad senatū scripserit, quid item ad eum amplissimus ordo re-
 » scripserit. Oratio Probi prima ad senatū: Recte atq; ordine P. C. proximo su-
 » periore anno factum est, ut uestra demētia orbis terrarum principem daret: &
 » quidem de uobis, qui & estis mundi principes, & semper fuistis, & in uestris po-
 » steris eritis. Atq; utinam id Florianus expectare uoluisset. Nec uelut hæredita-
 » rium sibi uindicasset imperiū, uel illum, uel aliū quēpiā maiestas uestra fecisset.
 » Nunc quoniā ille imperiū arripuit, nobis à militib; delatū est nomē Augustū,
 » uindicatū quinetiā in illum à prudētiorib; militib;, qd̄ fuerat usurpatū: quæso,
 » ut de meis meritis faciatis, quicquid iusserit uestra clementia. Item s. C. die III.
 » Nonas Februarias in æde Cōcordiæ. Inter cætera Aelius Scorpion; C. O. S. dixit:
 » Audistis P. C. literas Aurelij Valerij Probi. De his quid uidetur? Tunc accla-
 » matum est: Probe Auguste dñj te seruēt, Olim dignus, & fortis, & iustus, bonus
 » ductor, bon; Imperator. Exēplum militiæ, exēplum imperij, dñj te seruēt. Affer-
 » tor Reip. felix imperes. Magister militiæ felix imperes: te cū tuis dñj custodiant,
 » & senatus antea te delegit. Ætate Tacito posterior, cæteris prior. Qd̄ imperiū
 » suscepisti, gratias agimus: tuere nos, tuere Remp. bene tibi cōmittimus, q̄s ante
 » seruasti. Tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia: &
 » prius fuisti semper dignus imperio, dignus triumphis: felix agas, feliciter impe-
 » res. Post hæc Manlius Statianus, qui primæ sententiæ tunc erat, ita locutus est:
 » Dijs immortalib; gratias, & præ cæteris P. C. Ioui optimo, qui nobis principē
 » talem, qualē semp optabam;, dederūt. Si rectē cogitem;, nō nobis Aurelian;,
 » nō Alexander, nō Antonini, nō Traianus, nō Claudius requirēdi sunt: om̄ia in
 » uno principe cōstituta sunt, rei militaris sciētia, animus clemēs, uita uenerabilis,
 » exēplar agenda Reip. atq; omniū prerogatiua uirtūtū. Enim uero quæ mundi
 » pars est, quā ille nō uincēdo didicerit: testes sunt Marmaridæ in Africæ solo ui-
 » cti, testes Franci in uis strati paludib;, testes Germani & Alemāni longe à Rhey-
 » ni submoti litorib;. Iam uero quid Sarmatas loquor: quid Gotthos, quid Par-
 » thos, ac Persas, atq; omnē Ponticū tractū: ubiq; uigēt Probi uirtutis insignia:
 Longum

Longum est dicere quod reges magnarum gentium fugauerit, quod duces manu sua occiderit: quantum armorum sit, quae ipse cepit priuatus. Superiores principes, quas illi gratias egerint, testes sunt literarum publicis insertarum monumentis. dii boni quibus ille donis militaribus est donatus: quas militum laudes emeruit. Adolescens tribunatum: non longe post adolescentiam, regendas legiones accepit. Iuppiter OPT. MAX. Juno regina, tuque uirtutum praesul Minerva, tu orbis concordia, & tu Romana uictoria, date hoc senatui P. Q. R. date militibus, date sociis, atque exteris nationibus. Imperet quemadmodum militauit. Decerno igitur P. C. uotis omnium concinnetibus nomen Caesareum, nomen Augustum: addo praesulare imperium, patris patriae reuerentiam, pontificatum maximum, ius tertiae relationis, tribunitiam potestatem. Post haec acclamatum est, omnes, omnes. Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus, ut ex magnorum iudicium appellacionibus ipsi cognoscerent, praesules crearent, legatos consulibus darent, ius praetorium praesidibus darent: leges, quas Probus aederet, senatusconsultis propriis consecraret. Statim deinde, si qui de interfectores Aureliani superfuerant, uario genere uindicauit. Mollius tamen, moderatiusque quam prius exercitus & postea Tacitus uindicauerant. Deinde animaduertit etiam in eos, qui Tacito insidias fecerant. Floriani sociis pepercit, quod non tyrannum aliquem uidebant secuti, sed sui principis fratrem. Recepit deinde omnes Europaeos exercitus, qui Florianum & Imperatorem fecerant, & occiderant. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petiret: quae omnes occiso Posthumo, turbatae fuerant: interfecto Aureliano, a Germanis possessae. Tanta autem illic praelia feliciter gessit, ut a Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet ciuitates. Praedam deinde omnem illi praeter diuinas, quae tamen offerebantur ad gloriam. Et cum iam in nostra ripa, immo per omnes Gallias securi uagarentur, caesis prope quadringentis milibus, qui Romanum occupauerant solum, reliquas ultra Nigrum fluum, & Albam remouit. Tantum his praedae barbaricae tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant: contra urbes Ro. & castra in solo barbarico posuit, atque illic milites collocauit. Agros, & horrea, & domos, & annonam transrhenaenis omnibus fecit, ijs uidelicet, quos in excubijs collocauit: nec cessatum est unquam pugnari, cum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur. Iam ad singulos aureos singula, quamdiu reguli nouem ex diuersis gentibus uenirent, atque ad pedes Probi iacerent: quibus ille primum obsides imperauit, qui statim dati sunt: deinde frumentum, postremo etiam uaccas, atque oues dicitur iussisse. His acrius ut gladijs non uterentur Romanam expectaturi defensionem, si essent ab aliquibus uindicandi. Sed uisum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota prouincia. Maxime tamen ipsis regibus consentientibus in eos uindicatum est, qui praedam fideliter non reddiderunt. Accepit praeterea sedecim milia tyronum, quos omnes per diuersas prouincias sparsit: ita ut numeris, uel limitaneis militibus quinquagenos, & sexagenos intersereret: dicens sentiendum esse non uidentium, cum auxiliariis barbaris Romanus iuuat. Compositis igitur rebus in Gallia tales ad senatum literas dedit. Ago dijs immortalibus gratias P. C. quia uestra in me iudicia comprobauerunt. Subacta est omnis, qua tendente Germania: nouem reges gentium diuersarum ad meos pedes, immo ad uestros abstulerunt, supplices, straticumque iacuerunt. Omnes iam barbari uobis arant, uobis iam serunt. Et contra

Et cōtra interiores gētes militant. Supplicationes igitur uestro more decernite.
 Nam & quadringenta milia hostiū cæsa sunt, & sedecim milia armatorū nobis
 oblata, & septuaginta urbes nobilissimæ captiuitate hostiū uindictæ. Et omnes
 penitus Galliæ liberatæ. Coronas, quas mihi obrulerūt omnes Galliæ ciuitates
 aureas, uestre P. C. clemētiæ dedicaui. Et has Ioui OPT. MAX. cæterisq; dijs dea
 busq; immortalib⁹ uestris manib⁹ cōsecrate. Præda omnis recepta est, capta etiā
 alia, & quidē maior q̄ fuerat ante direpta. Arant Gallicana rura barbaris bo-
 bus, & iuga Germanica captiua præbent nostris colla cultorib⁹: pascunt ad no-
 stram alimoniam gentiū pecora diuersarū: equinū pecus nostro iam fecundat
 equitatu, frumēto barbarico plena sunt horrea. Quid plura: illis sola relinqui-
 mus: sola nos eorū omnia possidemus. Volueramus P. C. Germaniæ nouū præ-
 sidem facere, sed hoc ad pleniora uota distulim⁹. Quid quidē credim⁹ cōferre, cū
 diuina puidētia nostros uberi⁹ fecundarit exercitus. Post hæc Illyricū petijt: &
 prius q̄ ueniret, Rhetias sic pacatas reliquit: ut illic ne suspiciōē quidē ullius
 terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas, cæterasq; gentes ita cōfudit, ut propē
 sine bello cuncta reciperet, quæ illi diripuerant. Terēdit deinde iter p̄ Thracias,
 atq; omnes Geticos populos fama rerū territos, & antiqui nominis potētia præ-
 sos, aut in deditiōē, aut in amicitia recepit. His gestis, orientē petijt: atq; in itine-
 re potētissimo quodā latrone Palfuerio capto, & interfecto, omnē Isauriā libe-
 rauit, populis, atq; urbib⁹ Romanis legib⁹ restitutis, barbarorū qui apud Isauri-
 os sunt, uel p̄ terrorē, uel per uoluntatē loca ingressus est: quæ cū peragraisset,
 hoc dixit: Facili⁹ est ab istis locis latrones arceri, q̄ tolli, ueteranis omnia illa, quæ
 anguste adeunt, loca priuata donauit: addens, ut eorū filij ab anno octauode-
 cimo mares duntaxat ad militiā mitterent: ne ante latrocinari, q̄ militare disce-
 rent. Pacatis deniq; omib⁹ Pamphiliæ partib⁹, cæterarūq; puinciarū, quæ sunt
 Isauriæ uicina, ad orientē iter flexit. Blemias etiā subegit, quorū captiuos Romā
 transmisit, qui mirabilē sui uisum stupēte populo Ro. præbuerit. Ioppem præ-
 terea, & Ptolemaidē urbes ereptas barbarico seruitio, Romano addidit iuri. Ex
 quo tantū p̄fecit, ut Parthi legatos ad eum mitterēt: cōfiteētes timorē, pacēq; po-
 scētes: q̄s ille superbius acceptos magis timētes domū remisit. Fert etiā epistola
 illi⁹ repudiatis donis, quæ rex Parthorū miserat, ad Narseū talis fuisse. Miror
 te de omib⁹, quæ nostra futura sunt, tam pauca misisse. Habeto interim omnia
 illa, quibus gaudes: quæ si nos habere cupiamus, scimus quēadmodū possidere
 debeam⁹. His acceptis literis, Narseus maxime territus, ex eo præcipue q̄ Iop-
 pem, & Ptolemaidē cōperit à Blemijs, qui eas tenuerunt uindictas, cælosq; ad
 internitiōē eos, qui gētibus fuerant ante terrori. Facta igitur pace cū Persis, ad
 Thracias redit: & centū milia Bastarnarū in solo Romano cōstituit: qui omnes
 fidē seruauerūt. Sed cū & ex alijs gētib⁹ plerosq; pariter trāstulisset, id est, ex Ge-
 pidis, Gautunnis, & Vandilis, illi omnes fidem fregerūt. Et occupato bellis tyran-
 nicis Probo, p̄ totū penē orbē pedib⁹, & nauigando uagati sunt. Nec parū mo-
 lestiæ Romanæ gloriæ intulerūt: q̄s quidē ille diuersis uicibus, uarijsq; uictorijs
 oppressit, paucis cū gloria domū redeūtib⁹ q̄ Probi euasissent man⁹, hæc Prob⁹
 cū Barbaris gessit. Sed habuit etiā nō leues tyrānicos motus. Nā & Saturninū
 qui orientis

Asiā urbem
nitatem.

Asiā Coptē.

qui orientis imperiū arripuerat, uarijs præliorū generibus & nota uirtute superauit. Quo uicto, tanta in oriente quies fuit, ut quæadmodū uulgo loquebant, mures rebelles nullus audiret. Deinde cū Proculus & Bonofus apud Agrippinā in Gallia imperiū arripuissent, omnesq; sibi Britannias, Hispanias, & brachata Gallia: prouincias uindicaret, Barbaris semet iuuantibus uicit, ac ne requiras plura uel de Saturnino, uel de Proculo, uel de Bonoso, suo eosdē inferā libro, pauca de iisdem, ut decet, immo ut poscit necessitas, locuturus. Vnū sanē sciendū est, qd Germani omnes, cū ad auxiliū essent rogati à Proculo, Probo potius perseverare maluerūt, q̄ cū Bonoso, & Proculo esse. Gallis omnibus, & Hispanis, ac Britannis hinc permisit, ut uites haberēt, uinūq; cōficerēt. Ipse Almā montē in Illyrico circa Syrmium militari manu fossam lecta uite cōsiuit: & dedit Romanis etiā uoluptates, & quidē insignes delatis etiā cōgiarijs. Triumphauit de Germanis & Blemijs omniū gētū, Drungos usq; ad quinquagenarios homines ante triumphum duxit: uenationē in circo amplissimā dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autē spectaculi fuit tale: Arborea ualida per milites radicibus uulsa connexis late longeq; trabibus affixa sunt: terra deinde superiecta, totusq; circus ad syluæ cōsitus speciē, gratiā nobis uirosis obtulit. Immissi deinde p̄ omnes aditus struthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ,† ibices, oues feræ, & cætera herbatia animalia, quanta uel ali potuerūt, uel inueniri. Immissi deinde populares, rapuit quisq; qd uoluit. Addidit alia die in amphitheatro una missione centū iubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabat: qui omnes contisficijs interempti sunt, nō magnū præbētes spectaculū cū occidebant. Neq; enī erat bestiarū impetus ille, qui esse ab eis egrediētibus solet. Occisi sunt præterea multi, qui dirigere uolebant, sagittis. Sed ibidē immissi cētum leopardi Libyci, centū deinde Syriaci, centū leonæ, & ursi simul trecēti: quarū omniū ferarū magnū magis cōstat spectaculū fuisse q̄ gratū. Aedita præterea gladiatorū paria trecēta à Blemijs plerisq; pugnantibus, qui p̄ triumphū erant ducti, plerisq; Germanis, & Sarmatis, nōnullis etiā latronibus Isauris. Quibus peractis, bellū Persicum parans, cū per Illyricū iter faceret, à militibus suis per insidias interemptus est. Causæ occidendi eius hæc fuisse. Primum, qd nuncq; militē ociosum esse perperus est. Siquidē multa opera militari manu perfecit, dicēs annonā gratuitā militem comedere nō debere. His addit dictum eius graue, si unq; eueniat salutare reip, breui milites necessarios nō futuros, qd ille cōceperat animo. Qui hoc dicebat, nōne omnes barbaras nationes subiecerat pedibus: quia totū mundū fecerat iam Romanū: breui, inquit, milites necessarios nō habebim⁹, quid est aliud dicere: Romanus iam miles erit nullus, ubiq; regnabit, omnia possidebim⁹, securā resp. orbis terrarū nō arma fabricabit, nō annonam præbebit: uobis habebuntur aratra, equus nasceat ad pacem, nulla erunt bella, nulla captiuitas. Vbiq; pax, ubiq; Romanæ leges, ubiq; iudices nostri. Longius amore Imperatoris optimi progredior, q̄ pedestris sermo desyderat. Quare addam illud, qd præcipue tanto uiro fatālē pperauit necessitatē. Nam cū Syrmium uenisset, ac solum patriū effocundari cuperet, & dilatari, ad siccandā quandā paludē multa simul milia militū posuit ingentē parans fossam: qua deiectis in altum nauibus, loca Syrmienfibus

Vites quando apud nos

Ap.† Libycæ oues.

Syrmienſibus p̄ futura ſiccaret: permoti milites cōfugientē eum in turrē ferratā, quā ipſe ſpeculæ cauſa latiffimam exædificauerat, interemerūt anno imperij ſui quinto. Poſtea tamē ingens ei ſepulchrū elatis aggeribus, om̄es pariter milites fecerūt cū titulo huiusmodi incifo marmori: Hic Probus Imperator, & uere probus ſitus eſt uictor omniū gentiū barbararū, uictor etiā tyrannorū. Conferens ego cū alijs imperatoribus principē Probū, omnib⁹ pp̄ Romanis ducibus, qui fortes, qui demētes, qui prudētes, qui mirabiles extiterūt, intelligo hunc uirū parē rem fuiſſe: aut ſi nō repugnat inuidia furioſa, meliorē: quinquennio em̄ imperij ſui p̄ totū orbē terrarū tot bella geſſit, & quidē per ſe, ut mirabile ſit, quē admodum omnib⁹ occurrerit prælijs: multa manu ſua fecit, duces præclariffimos inſtituit. Nam & eius diſciplina Carus, Diocletianus, Cōſtantineus, Aſclepiodotus, Anibalian⁹, Leonides, Cecropius, Piſonian⁹, Herennian⁹, Gaudioſus, Vrſinian⁹, Hercuſius, Maximian⁹, & cæteri, quos patres noſtri mirati ſunt, & de quib⁹ nōnulli boni principes extiterūt, inſtituti ſunt. Conferat nunc, cui placet, uiginti Traiani, Adrianiq̄ annos, cōferat pp̄ totidē Antoninorū. Nā quid de Auguſto loquar: cuius imperij anni uix poſſunt credi. Malos autem principes taceo: ipſa uox Probi clariffima indicat, quid ſe facere potuiſſe ſperaret, qui dixit: breui neceſſarios milites nō futuros. Ille uero cōſcius ſui nō Barbaros timuit, nō tyrannos. Quæ deinde felicitas emicuiſſet, ſi ſub illo principe milites nō fuiſſent: Annonā prouincialib⁹ daret nullus, ſtipēdiā de largitionib⁹ nulla erogarent, æternos theſauros haberet Romana reſp. Nihil expendereſ à principe, nihil à poſſeſſore reddereſ, aureū p̄fecto ſæculū p̄mittebat. Nulla futura erant caſtra, nuſq̄ lituus audiendus, arma nō erant fabricanda: populus iſte militantiū, qui nunc bellis ciuilib⁹ remp. uexat, appareret ſtudijs incumbere, erudireſ artib⁹ nauigare. Adde q̄ nullus occideret in bello. Dñj boni qd tantū uos offendit Ro. reſp. cui talem principē ſubſtulit: Eant nunc, qui ad ciuilia bella milites parāt in Germanorū necē, armēt dexterās fratrū, hortent in patrū uulnera liberos, & dignitatē Probo derogēt: quā imperatores noſtri prudēter & cōſecrandā militibus, & ornandā tēplis, & celebrandā ludis circēſib⁹ iudicarūt. Poſteri Probi uel odio inuidiæ, uel timore Romanā rem fugerūt: & in Italia circa Veronā, ac Benacum, & Lariū, atq̄ in his regionibus larem locauerunt. Sanē, quod præterire nō potui, cum imago Probi in Veronenſi ſitu ita fulmine ic̄ta eſſet, ut eius prætexta colores mutaret: aruſpices reſponderunt, huius familiæ poſteros tantæ in ſenatu claritudinis fore, ut om̄es ſummis honorib⁹ fungerent. Sed adhuc neminem uidimus. Poſteri autē uident æternitatē habere. Senatus mortē Probi grauiſſime accepit, æque populus. Et cum eſſet nunciatum, Carum imperare uirum bonum quidem, ſed longe à moribus Probi, cauſa filij eius Carini, qui ſemper peſſime uixerat, tam ſenatus, quàm populus inhorruit. Metuebant enim unuſquiſq̄ triſtiorē principē, ſed magis improbum metuebant hæredem. Hæc ſunt, quæ de Probo cognouimus, uel quæ digna memoratu exiſtimauimus. Nunc in alio libro, & quidem breui de Firmo, & Saturnino, & Bonofio, & Proculo dicemus. Non enim fuit, ut quadrigæ tyrannorū bono principi miſcerentur. Poſt deinde, ſi uita ſuppetit, Carum incipiemus propagare cum liberis.

○ Flauij